

17

1.
F

29. 18

39.

Y.

56. 1

6.

7.

8.

1719.

1. Becker, Correnth Schreuerid: *De jure consulto poli-
tico.*
- 2^a,^b. Dondorff, Christoph: *De legi Hiddae & co-
racco sine natura . . . a visuvis Hebrigenis
distionis solvendo . . . 2 Exempl.*
- 3^a,^b. Gebauerus, Georgius Christianus: *De Natura Pomptio.
2 Exempl.*
- 4^a,^b. Gebauerus, Georgius Christianus: *De Ronculo,
observationibus varii generis illustrato. 2 Exempl.*
- 5^a,^b. Glafey, Adamus Fridericus: *De juri dictiorie
voluntaria extra territorium non exercenda.
2 Exempl.*
6. Hohmann, Dr. Fridericus: *De praescriptione*
7. Koehard, Thoma Fridericus: *De juro naturae
ejusque principio.*
8. Kriegel, Abraham: *De veterum & recentiorum
ratione excitan di juveniles ad litteras
culturam*



1719.

9^a Maser, Jo. Jacobus : *Programma, quo ad austriam nationem auspicalem invitas.*

9^b Maserius, Ioannes Jacobus : *Natura et progressus iuri publici Germaniae. Tractus . . . accessit pro grammatica etiam praemissum . . . Rec. 1736.*

10^{a,b} Maser, Jo. Jacobus : *De expectativa in iusta imperii. 2 exempl.*

11. Ortelius, Jo. Christoph : *De processu Salomonis contra Limes I. Reg. II 36 - 46. add. v. 8.9*

12. Recknberg, Carolus Otto : *Regularum iuri privati, quo utinam naturalis, Romanae, Cononice, patrii lib. I lib. 14-17.*

13. Recknberg, Carolus Otto : *Regularum iuri privati, quo utinam naturalis, Romanae, Cononice, patrii lib. I, lib. 10, 11, 12, 13.*

1719

14. v.

15. D

16. a

17. v.

18. v.

1719.

14. Rissius, Iohannes Florus : De praescriptione gerardae
15. ^{Abelardo} Zieg, Georgius Arneplius : De emenda Saxonica
injuste incaserato praestanda.
16^a, b, c Fiss, Iohann Wolfgang : De transmutatione
fructuum pendebus in herbes modisales. . .
da 3 Sept. 1719, 1747 - 1781:

17. Webius, Iohanna Georgius : De sacris nocturnis
18. Wellingius, Christianus : Programma, quo ad
orationem apostolicam invitat

377



DISSE^{TT}RATI^O JURIDICA
DE
JURISDICTIONE
VOLUNTARIA EXTRA
TERRITORIUM NON
EXERCENDA

Occasione L. 2. ff. de Off. Proc.

QVAM

CONSENSU

ILLUSTRIS FICTORUM ORDINIS
IN ACADEMIA LIPSIENSI (2)

PRÆSIDE

VIRO NOBILISSIMO, AMPLISSIMO ATQUE
CONSULTISSIMO

DOMINO

ADAMO FRIDERICO Glafey,

PHIL. ET J. U. D.


PRÆCEPTORE SUO HONORATISSIMO
ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT

D. II. JUN. A. MDCCXIX.

AUTOR ATQVE RESPONDENS

JOHANNES LAURENTIUS Fleischhauer/
WEISSENSEENSIS.

LIPSIÆ, LITTERIS FLEISCHERIANIS.



Viro Generosissimo Domino,
DOMINO
CHRISTIANO FRIDERICO
KAUFMANNO a Kauffberg,
Hæreditario in Döllstädt und Berga/
Serenissimi Principis ac Domini

DOMINI CHRISTIANI,
Ducis Weissenfelsensis atque Querfurtensis &c. &c.

Domini mei Clementissimi
Cameræ Provincialis Consiliario
Spectatissimo
Et Præfecturæ Weissenfelsensis Præfecto gravissimo
Domino suo atque Patrono
ad cineres usque devenerando,

Ut Et

VIRIS

Excellentissimo, Consultissimo, Experientissimo, Doctissimis, Nobilissimis

DOMINIS CONSULIBUS

AC CÆTERIS

SENATUS WEISSENSEENSIS

MEMBRIS

Prudentissimis, Meritissimisque

Dnn. Patronis ac Promotoribus

suis omni devenerationis cultu

prosequendis

*Cum voto omnigena felicitatis, quaecunque hoc
Specimen Academicum in sui savorumque Stu-
diorum commendationem offert scribit atque
dedicat*

AUTOR.

Nobilissimo atque Doctissimo

DOMINO

JOHANNI LAURENTIO

Fleischbauer,

S. P. D.

P R A E S E S.

SEx sunt, & quod excurrit,
anni, ex quo Academiam
Jenensem petens mihi in
illa Academia profitenti primum
innotuisti. Habui te statim Au-
ditorem in disciplinis philosophi-
cis atque Juridicis, qua occasione
indoles erecta & studiis litterarum
aptissima cognita in te mihi fuit, ut
ami-


amicum te & discipulum eligerem.
Continuasti ex eo tempore scho-
las meas frequentare, & cum fru-
ctus exinde colligeres, in dies
crevit penes te tui in me fiducia,
quod me adhortabatur, ut tuo
consortio multas horas tribue-
rem. Sed casus interveniens inter-
ruptit nostrum conatum, meque
Lipfiam conjecit, qui discessus tan-
tum apud te operavit dolorem, ut
statim Academiam Jenensem re-
linqueres, vitae Academicæ vale-
dicturus. Sed vix innotuit tibi mea
in Academia Lipsiensi præsentia;
cum

cum consilium mutares , meique
gratia hanc salutares Academiam.
Nihil gratius mihi accidere pote-
rat, quam quod catulum meum
lambendum iterum haberem ,
quem ita etiam formavi, ut eum
in publicam cathedram protru-
dere non dubitem. Detrectasti
quidem munus hoc diu , mode-
stam virium dissidentiam caus-
tus. Sed postquam Halæ cum
laude opponens contra me stete-
ris , meis petitis locum tandem
fecisti , præsentemque mihi obtu-
listi dissertationem , quam redbo

hic

hic publice tibi , ut tradidisti.
Nihil enim inveni , quod deside-
rari in ea possit , cum & summa
curâ , & egregiâ doctrinâ elabo-
rata prodeat in publicum . Gra-
tulor potius tibi de egregio hoc
specimine , quo parentem secu-
rum facis , Studiorum tuorum opti-
me collocatos esse sumtus uberri-
mosque ferre nunc fructus . Quod
reliqum est , quævis fausta Tibi ap-
precior , quavis occasione veram &
sinceram amicitiam ostensurus . Da-
bam Lipsiæ die 2. Jun. Anno 1719.

B. C. D.



B. C. D.

§. I.



Iscessum ex Academiis meditatus, consultum esse existimavi, ut Patronis & Amicis tanti consumti in iis temporis, studiorumque meorum redde rem rationem. Circumspicienti igitur mihi argumentum scopo meo & intentioni congruum obtulit se illud, quod est de jurisdictione voluntaria extra territorium non exercenda. Dignum hoc mihi

A

visum

visum fuit, quod publice disquiratur, cum JCTos non leves a mea sententia in contrarium discedere videam.

§. II.

Causam hujus JCTorum opinionis perquirenti mihi eidem ansam dedisse videtur perversus ille iura tradendi mos, quo, nullā ad singularem reipublicæ Romanæ formam a nostris toto cœlo diverlam ratione habitâ, conclusiones Romanas, quæ rationibus à territoriorum Germanicorum habitu alienis nituntur, obtorto sœpe collo in fora Germania deducunt. Receptum quidem est Jus Romanum in Imperio autoritate publica per Ordinationem Cameralem, inque singulis territoriis Statuum patientia admissum, quicquid contradicat Illust. Dn. Thomasius atque Kulpinius, quibus satisfactum est ab Illustri Domino Dattio de Pace publica L. 5. & Autore Diatribæ de Autoritate Juris Romani: Sed nego per id vim passam esse singularem territoriorum indolem, quin potius credam, ubi vis reipublicæ Romanæ a Germanorum territoriis differentiam præ oculis habendam, nisi quis paci Westphalicae omib[us] in Germania receptis iuribus recentiori vim inferre velit.

§. III.

Innuitur hoc, dum Jus Romanum salvis legibus & consuetudinibus Germanorum receptum dicitur, quæ verba racite jam involvunt, respectum

ctum ubivis ad reipublicæ indolem habendum esse.
Omnis enim lex & consuetudo cum singularem rei-
publicæ constitutionem pro ratione habeat, habere-
que debeat, facile apparet, quod vocabula legis &
consuetudinis in sensu composito accipi debeat.

§. IV.

Accedit, quod Interpretis officium sit, ut in ap-
plicatioñe legum exoticarum Imperantis rationem
habeat, quod interpretandi leges munus apud nos
JCTis relictum est. Sed utinam JCTi nostri ubivis se-
se bonos interpretes exhiberent, neque antecessorum
opinionibus æquo fortius inhærerent.

§. V.

Apparet illud in materia de Jurisdictione, quæ
in jure Romano ad statum rei publicæ Romana direc-
ta, frustra tam nude & crude ad nostra territoria ac-
commodatur. Conquesti illud jam sunt magni No-
minis Viri, ex quibus Illustrum Dn. Thomasium in diss.
de Magistratum differentia & Celeberrimum Dn.
Griebnerum in diss. de præjudiciis Juris Iust. in Jure
publico nominare saltim juvat, qui antecessorem in
eo habuerunt Schilterum in Exercitationibus
aliosque.

§. VI.

Sed nolo totum hoc argumentum meum facere,

A 2

cui

eui in doctrina de jurisdictione voluntaria ad certum territorium, meo quidem iudicio, alligata illud ostendisse sufficit. Sic nec tota jurisdictionis voluntariae materia celeberrimo Lauterbachio singulari jam dissertatione aliisque occupata nostra hic est, sed discutimus saltim questionem illam, an Jurisdictionis voluntariae actus apud Germanos in alienis territoriis exerceri queant,

§. VII.

Ut igitur alegibus Romanis initium faciam, iure Romano nihil certius est, quam quod v. g. Proconsul in suam provinciam tendens in quavis civitate intermedia actus jurisdictionis voluntariae, non vero contentiosa exercere queat. Expresso enim L. 2. ff. de Off. Proc. cautum est: *Omnes Proconsules statim quam urbem egesi fuerint, habent juris dictiōnēm, sed non contentiosam, sed voluntariam.*

§. VIII.

Ex hac lege Interpretes generalem deducunt conclusionem, quod Romæ omnibus Magistratibus actione legis instructis extra concreditas etiam provincias actuum jurisdictionis voluntariae exercitum fuerit permisum. Sed nescio an lati recte. Non enim apparet, an eadem reliquorum magistratum ac proconsulis in eo ratio fuerit, an vero hoc jus iure quodam præcipui competierit proconsuli. Nec constat, an in ipsa urbe Romana hæc data fuerit proconsuli facultas,

tas, cum textus noster hujus potestatis initium pos-
nat in momento, quo urbem (sub qua καὶ ἐξεχῆ Ῥω-
ma intelligitur) egressus fuerit.

§. IX.

Nec alii textus ab Interpretibus ad stabilendam
explicationem universalem in patrocinium vocati
plus loquuntur. Nam L. 1. ff. eodem haec est: Pro-
consul ubique quidem proconsularia insignia habet
statim atque urbem egressus est: potestatem autem
(h. e. jurisdictionem contentiosam) non exercet,
nisi in ea provincia sola, quæ ei decreta est. Sic quo-
que L. 4. §. 6. ff. eodem dicitur: Posthaec ingressus
provinciam, mandare jurisdictionem legato suo de-
bet: nec hoc ante facere, quam fuerit provinciam
ingressus. Est enim perquam absurdum, antequam
ipse jurisdictionem nanciscatur, (nec enim prius ei
competit quam in eam provinciam venerit) alii eam
mandare, quam non habeat &c.

§. X.

Sed nolo his nimis confidere objectionibus,
contra universalitatem textus factis, cum nec mihi
exacta probatio constet contraria. Supponam igit-
ur Doctorum interpretationem generaliorem & ad
omnes Romanorum Magistratus directam veram esse,
deque ratione suppositæ hujus sententias sollicitus
ero.

A 3

§. XI. Ra-

§. XI.

Rationem igitur cur jurisdictio contentiosa non in quovis territorio exerceri poterat, perquirenti offerunt se se statim illa, quod jurisdictio contentiosa inter litigantes interponatur, supponatque imperium, quo judex in alieno territorio substitutus est. Expresso enim L. 3. ff. de Offic. Praesidis cavitur: Praeses provinciae in sua tantum provincia homines imperium habet, & hoc dum in provincia est: Nam si excederit, privatus est. Quorundam collimat & illa: Judici extra territorium ius dicenti impune non patetur.

§. XII.

Sed haec ratio nondum sufficit ad universam rem exhariendam. Evincitur quidem per eam, cur judex Romanus extra provinciam suam jurisdictio- nem contentiosam exercere nequeat, non vero cur voluntaria tunc ipsis permitta. Sicut enim unius positiō non statim est alterius exclusio, ita nec contra, unius exclusio non statim est alterius positio.

§. XIII.

Alia igitur huic postremo asserto querenda ra-
tio est, qua in singulare reipublicae Romanae constitu-
tione latitat. Nimirum universum Romanum im-
perium, quoque patebat, unum agnoscet imper-
rantem, incircumscripta potestate instructum, in
quem

quem omnem potestatem populus contulerat Romanus. Penes hunc stetit omnino, quem arbitrii sui modum, quamque & quantam cuique ubivis locorum concedere jurisdictionem voluerit. Ut dicta igitur in unum colligam, ad excludendam jurisdictionem contentiosam expressa lege opus non fuisset, cum prohibito, ne in alieno territorio exerceatur, iam lateat in natura ipsa contentionis. Verum ad stabilendam jurisdictionem voluntariam extra provinciam concreditam, necessaria erat singularis dispositio.

§. XIV.

Ex his apparet, quam lubicum illorum ratione-
num sit, qui jurisdictionem voluntariam ideo in quo-
vis territorio permissam credunt, quod inter volentes
fiat, & nemini vim inferat. Hæc ratio enim tendit
ad prohibendum jurisdictionis contentiose in alienis
provinciis exercitium, non vero ad asserendam juris-
ditionem voluntariam.

§. XV.

His ita præmissis, inquirendum prius est in rei-
publicæ Germanicæ faciem præsentem, anque talis sit,
qua hujus doctrinæ Romanæ applicationem ferat, an-
tequam ipsam faciamus applicationem.

§. XVI.

§. XVI.

Primum igitur prodit quæstio illa; an Imperator Germanus eadem potestate, ac antiqui Romani, prædictus sit, ut jurisdictionem in territoria pro suo arbitrii modulo, distribuere possit. Ego sane illud non affirmarem,

§. XVII.

Primo enim maximopere dubium est, an jurisdictionis vocabulum in sensu juris Romani Statibus Germanorum omni superioritate instructis sit applicabile. Nam jure Romano jurisdictione aut jure magistratus aut magistratibus ex singulari in dulce competebat, quod utrumque de Statibus Germanorum vix praedicare permisum est. Quamvis enim titulo feudali territoria sua ab Imperatore accipient: Proprio tamen non vero alieno ea nomine regunt. Neque schemata externa ubivis respicienda sunt, nec rerum nomina, sed earundem vera natura & indoles. Sunt quidem, qui Status imperii magistratum nomine appellare ausi quondam fuere, ad Diploma quoddam Friderici sapientis Electoris Saxoniz provocantes, quo se ipsum Præfectum Prætorio appellitat, quos inter Meierus in Colleg. Argent. Tit. de Jurisd. th. 23, Schrader de feud. P. 10. sect. 20. n. 230. referendi sunt, sed horum opinio recte inconstantia & erroris arguitur a J. Crissimo Schiltero Exerc. 6. S. 8. Stryckio U. M. de Admin. Tut. Ludwig ad A. B. p. 659. Egregia quoque sunt verba Conringii in diss. de Ducibus & Comit.

mit Germ. §. 22. quæ in tantum nostra hic faciemus: Ducum potestas omnino mutavit (post Carolos) ita ut provinciis præsentem Duces, non ut Gubernatores; sed pene ut Reges, collatis in eos juribus, quæ solius imperii erant atque imperatoris. Quo enim tempore Ducis administratores & rectores tantum fuere provinciarum non competebat ipsi auctoritate propria jus viræ & necis; non leges ferenda; non magistratus constituendi; non indicendi conventus; non fœdera faciendi potestas: minor quoque ut vocant Regalia, sub quibus vitæ publicæ, flumina navigabilia & vestigalia comprehenduntur; imo omnis generis redditus provinciarum non ad rectores illos provinciarum, sed ad fiscum regium pertinebant. Ast hæc omnia præfectis illis auctoritatæ jure in provinciis concessa sunt salva tamen temperi superioritatem &c.

§. XVIII.

Deinde licet probetur, quod frustra tamen expeditatur, Status imperii esse Magistratus, Cæsarisque nomine præesse provinciis, non tamen per id statim evitatum est, Cæarem pro suo arbitrio, cunctaque placentam, distribuere posse jurisdictionem, ubivis exercendam, utpote quod integratitudini territoriorum pacique Westphalicæ prorsus repugnat. Territoriorum enim domini jus quæsumus habent, non solum territoria accipiendi, sed ita quoque habendi, prout legum imperii sanctiones & observantia postulant. Sic integrum Cæsari non est, permittere, ut quis jurisdictionem,

B

ctionem,

ctionem, quæcunque demum illa sit, in alterius territorii exerceat, cum per hoc ipsum superioritas iuris territorialis & integritas juris lœdatur.

§. XIX.

Cessat igitur apud nos facultas imperatoris liberrime de jurisdictione territoriorum disponendi, quæ ratio apud Romanos fuisse videtur, cur magistris jurisdictione voluntaria in quovis Territorio Romano imperio subjecta concedi poterat. Cessat sic etiam ut puto, ipsa dispositio, cum corruente ratione cadat ipsa legis efficacia, aut, ut rectius dicam, cum diversa Republicæ facies prohibeat in eo applicationem.

§. XX.

Sed instas, singulari pacto inter Imperatorem & Status hæc ita disponi facile posse, ut cuiilibet Statutus jurisdictionis in alieno Territorio exercere licet, cuiusmodi pactum initium censemur, dum ius Romanum in imperio consentientibus Statibus receptum est. Ast nego per eam receptionem Status imperii sua potestati aliquid derogare voluisse, quin potius credam, illud ita receptum esse, ut Territoriorum ratio ubivis integra conservetur. Dum enim in subsidium receptum, non novæ inducitur rei publicæ facies, sed conservatur, & id saltim in subsidium ex iure Romano mutuatur, quod singulari Territoriorum

orum habitui non repugnat. Quas enim consequentias iniquissimas non obtruderemus Statibus Imperii, si doceremus, per receptionem juris Romanii reipublicæ quoque Romanæ intelligi debere indelem, Germanorumque territoriorum mutari faciem. Apparuit illud exinde, quod Principes imperii non raro protestati sint contra juris Romanii violentiam, si per applicationem juris Romanii juri suo territoriali vim inferri crediderunt.

§. XXI.

Evictum igitur esse existimo, nullum imperii Statum in alienis territoriis, ni turbare velit circulos, jurisdictionem exercere posse voluntariam neque ex singulari Cæsaris indultu, neque sub juris Romanii tutela. Sed nolo per hoc assertum reprobare mores gentium, a recta ratione aliquatenus probatos, quibus cuivis imperanti in alieno licet Territorio degenti potestatem in suos concedunt, quam nec Statibus imperii denegant, utpote quos pro imperantiibus singularum gentium agnoscunt. Tunc enim jurisdictione voluntaria a contentiosa non separatur, neque Statibus imperii intra Germaniam illud saltim competit, sed apud exteriores quoque illis indulgetur. Vide omnino quæ Fürstnerius de eo disputat in Tractatu de suprematu Cap. 13. & 19.

§. XXII.

Extra hunc casum, quivis facile largietur Con-

B 2

sulem

sulem v. g. Grimmensem Berolinum proficiscentem
in civitate Halensi frustra jurisdictionis voluntariae,
emancipationes, manumissiones, aliosque ejus gene-
ris actus exercere, quod tamen ex sensu Legis 2. ff. de
offic. Procons. Romæ permisum videri poterat.

§. XXIII,

Nec obstat, quod Excell. Dominus Berger in Oe-
conomia juris pag. 918. urgeat pactum tacitum inter
territoria Germanorum in eo intercedere. Non ne-
go quidem id pacto fieri posse, sed pactum re ipsa in-
terveniente pernigo, quod pro pacto neutiquam repu-
tari possit, privatorum hominum, sive judices sint, si-
ve Jcti, conatus, quo hoc in foris inferioribus admis-
sum fuit. Quin nec superiorum curiarum praxin le-
gem exteris dare in eo posse existimo, sed omnis res-
ubsistit intra terminos liberrimæ admissionis, quam
eadem libertate abnuere alieni territorii dominus
potest, ac hactenus ipsius judices concederunt.

§. XXIV.

Si pacto quodam tacito, introductum esset, ut
actus jurisdictionis voluntariae in alienis territoriis
exercere liceat, sequeretur, quod lege illud prohibe-
ri nequeat, cum nemini integrum sit pro lubitu a pa-
cto (tacito licet) recedere. Hanc vero prohibitio-
nem cum recte libertati & potestati demus Statuum
imperii quotidianisque exemplis comprobata vi-
deamus,

deamus, facile apparet, ad pactum aliquod tacitum tu-
to provocari haud posse.

§. XXV.

Rectius igitur mecum, quoad hunc passum sen-
tire existimo Nævium tractatu vom Vater-Recht.
C. VII. §. 67. quæ verba, In quantum nobiscum con-
veniunt, nostra faciemus. Allermassen in Deutsch-
land die Art der Jurisdiction ganz anders ist, als
welche dem Territorio und Gütern cohæritet,
auch ob wohl der Käyser und das Reich fons o-
mnis jurisdictionis ist, so hat jedoch der modus con-
ferendi jurisdictionem eine ganz andere Gestalt
gewonnen. Denn nach dem Römischen Staat
wusste man nichts von der jurisdictione patrimo-
niali, sondern es war allein ministerialis & admi-
nistratoria bekannt, welchen nach die Gesetze, so
von der administratoria disponiren, anhero nicht
schlechter dings zu appliciren. Dann bey denen
Römern konte sich kein Magistratus über den an-
dern beschwehren, wann er einen actum volun-
tariz jurisdictionis in einer andern Obrigkeit Ge-
biethe exercitte, weil von allen die jurisdiction no-
mine Imperatoris geschahe, oder solche freye
Macht jeder Obrigkeit, auch in territorio alieno,
verstatet, und sich diffalls das freye Arbitrium
vorbehalten hatte, Reinhard Bachovius ad ff. de Ad-
opt. cap. de Commun. Utriusque spec. n. 17. fin. Al-
ber in der deutschen Fürsten Lande gehet solches

B 3 nicht

nicht an, wo patrimonialis jurisdictionis vorhanden,
 und dieselben cum certo territorio, districtu, vel
 fundo per insefuationem oder aliam concessionem
 dergestalt verliehen wird, daß auch von dem
 Concedente kein Eintrag den Cessionario gesche-
 hen mag, Berlich. part. i. Concl. 2. Carpz. lib. i. Resp.
 ii. und desto weniger ein ander Judex sich derglei-
 chen Eingriffis animassen kan, sondern es heisset
 allhier, quod judex extra territorium suum pro pri-
 vato habeatur, L. fin. ff. de jurisd. L. 3. ff. de Off. præf.
 Urb. Deswegen auch dergleichen actus pro tur-
 batione zu halten seyn, Gail. de Pac. Publ. Cap. 16.
 n. 27. Mevius part. IV. Decr. 175. fürnehmlich aber
 wird die Gerichtsharkeit per titulum onerosum
 mit denen Pertinentien und Revenuen eines Mit-
 ter Guts transferiret und dieselbe in denen An-
 schlägen, wie andere Intradens estimiret. Den-
 nach wie ich des vicini Gut und Trifften mit
 meinen Viehe nicht behüten, noch auf desselben
 Forst jagen darf, sondern solche actus pro turbati-
 vis geachtet werden, also ist es auch bey denen
 Eingriffen in eines andern jurisdiction bewandt,
 da man den Gerichts-Herrn præjudiciret, und die
 ihm zu kommende Gerichts-Sportula wegnah-
 men will, es mag in actu voluntaria oder conten-
 tiose jurisdictionis geschehen, und folget hieraus,
 daß juxta indolem morum Germania seinem Vater
 vor eines andern Gerichten seinen Sohn zu
 emancipiren oder ein Testament zu hinterlegen,
 oder

oder einen dergleichen Actum zu exerciren zu-
kömmt.

Inmassen auch die Sache nicht gehoben ist
wann ich vorgebe, es stunde dem andern auch
frey, daß solche Actus von seinen Unterthanen
in jenes Gerichten vorgenommen würden, denn
das heisset, confusionem jurisdictionum veranla-
sen, und wenn der andere nicht will, so hat je-
ner einen neuen Streit, müßt sich auch mehrerer
Eingriffe besorgen, zu geschweigen, daß es we-
gen der erhobenen Sportula von eines Untertha-
nen heißen wird, Beati possidentes, und der andere
sich de halsen zu keiner Satisfaction verstehen
dürfste: So ist auch dieser Einwand nicht ge-
nung, daß die actus voluntarie jurisdictionis in-
ter volentes geschehen, als welches circa præju-
dicium tertii & indolem jurisdictionis patrimonia-
lis zu verstehen: Aber wie gegründet auch besag-
te Doctrin in Theoria ist, so kan dennoch nicht
negiret werden, daß contraria observantia zumahl
in Sachsischen Gerichten und Rechts-Colle-
giis recipiret, da man B. Carpzovii Meynung,
die er auf das Römische Recht gegründet ap-
probiret, Carpz. part. 3. Decis. 293. & p. 3. C. 3. def.
13. n. 13. Harprecht de Testam. Judic. §. 2. Mevius
ad jus Lubecens. Pag. 2. Tit. 1. art. 2. n. 104. Illustr.
Stryck. de Caetel. Testam. Cap. 7. §. 36. und ist
auch hierauf in Scabinatu Wittenbergensi also ge-

spro-

sprochen worden, die Facultät aber hat zur andern
Meynung incliniret, da des Scabinatus Wittebergerus
& Lipsialis fürnehmste Raison zu seyn scheinet,
dass man die binnen so langer Zeit gehaltene Mey-
nung nicht ändern will, obgleich sonst lenientia
contraria quoad fundamentum juris Germanici be-
sfern Grund hat, und deinnach berühmte Icti,
welche sonst contrariae opinioni beygepflichtet, ra-
then, dass jedweder die Übergebung und Aufrich-
tung derser letzten Willen, Schenkungen, Eman-
cipation, und anderer Actuum voluntariae jurisdic-
tioonis vor der ordentlichen Obrigkeit, & Magistratu-
competente verrichten solle Vid, Magnif. Berg, in Sup-
plem. ad Elect. Dist. Foren. Tit. 2. pag. 28.

Plura potuisse adjicere sed filamerito abrumpo,
quod questionem propositam satis excussam existi-
mem. Non enim videndum quam copiose, sed quam be-
ne scripta sint, quod postremum judicio Eruditorum
relinquo,

T A N D E M.



Leipzig, Diss., 1719

f

ULB Halle
004 315 448

3



56.

Vd 18





DISSE^{1719,5-a}TATIO JURIDICA
DE
JURISDICTIONE
VOLUNTARIA EXTRA
TERRITORIUM NON
EXERCENDA
Occasione L. 2. ff. de Off. Proc.
QVAM
CONSENSU
ILLUSTRIS FICTORUM ORDINIS
IN ACADEMIA LIPSIENSI (2)
PRÆSIDE
VIRO NOBILISSIMO, AMPLISSIMO ATQUE
CONSULTISSIMO
DOMINO
ADAMO FRIDERICO Glafey,
PHIL. ET J. U. D.
PRÆCEPTORE SUO HONORATISSIMO
ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT
D. II. JUN. A. MDCCXIX.
AUTOR ATQVE RESPONDENS
JOHANNES LAURENTIUS Fleischhauer,
WEISSENSEENSIS.
LIPSIAE, LITTERIS FLEISCHERIANIS.